Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35491
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

recipiunt et faciunt alii causa timoris vel
lucri vel liberatoris et nichil aliud est dicere
quod non recipiunt rem sacramenti id est quod non recipi
unt graciam que unica per quam possint salvari et si
sub certo tempore peniterent eos ficte recepisse
tunc immediate reciperent rem sacramenti absque
eo quod iterum baptizarentur Illi vero recipiunt
rem sacramenti et non sacramentum qui vere et cum puri
+ voluerit fide christianam voluit esse et preventi fuerint mor
te vel aqua aut cum excusabili et tr[?] tales
habent graciam que est res sacramenti non obstante quod
non receperunt sacramentum Sed circa 3a partem non querit
adulte in utero sanctificate Sed oritur dubium
si puer aliqua nascatur possit baptizari
Unde dicitur quod non quia renasci non potest nisi sit ante
natus Sed non quod puer dicendus est natus si
sit extra materna clausura cum capite Si autem
aliud membrum sit extra et caput non non
potest baptizari et causa est quia in capite vigent
omnes sensus et vere in isto membro vita hominis
manifestatur magis quam in alio aliquo loco Item
Tercio quare mutata fuit circumcisio in baptismum
Unde quod ante adventum christi electi salvabantur
per circumcisionem de diversis legibus ut Judei per
circumcisionem et gentes de lege nature per fidem
vel sacrificia que gentes presserunt quia ergo
in adventu christi una est facta lex omnium electorum
ideo christus voluit pro peccato originali constituere
sacramentum omnibus que et ideo de tali elemento
scilicet aqua ideo constituitur ne a sacramento aliquis
posset se excusare tamen pauperitas ut sacramentum
ecclesie esset quo masculis et feminis Tercio
dico quod exercitatur a rebus quibus conficitur ut super
aqua et non artificiata et a verbo prolate
a sacerdote cum intentione quia accedens verbo
ad elementum fit sacramentum Verum quia baptismus
potest esse triplex scilicet fluminis flaminis et sanguinis
ex dictis superius satis patere potest Tercio quarto
in quo baptismus figuretur Unde quod figuratur
in transitu filiorum israhel maris rubri Item
in purgatione terre per aquas diluvii et sal
vacione quorundam in archa stancium super aquas
Item in aqua de latere christi percussi in cruce
egressa Primo dico quod figuratur in transitu
filiorum israhel quia sicut illi per aquas cum
sierunt in terram repromissionis ita veri
christiani per aqua baptismatis transeunt ad
promissam nobis celestem patriam paradisi 2o
figuratur in aquis diluvii quia sicut per
aquas diluvii terra fuit mundata ab omnibus
vicijs et peccatis ita baptizati purgantur
per aquas baptismi ab omni infectione peccati etc
et sicut aliqui in archa salvati fuerunt ita
boni christiani salvati sunt in archa sancte
matris ecclesie que innatebat super aquas sacramenta
les etc Item figuratur baptismus in aqua lateris
christi quia sicut illa aqua fuit precium nostre
redempcionis una cum sanguine ita aqua illa
sacramentalis una cum spiritu sancto purgat
et redimit nos a peccato originali et hanc
efficaciam habet a passione christi unde apostolus
considerans dicit in fine epistole Non enim vocavit
nos deus in immundiciam sed in sanctificacionem
hic per graciam etc Amen.

t Transfiguratus est ante eos Mathei
xvij. Per hunc thematis introductionem
tamen mecio 3es scolas scilicet althi
mistarum artistarum poetarum In omnibus autem
hijs scolis legitur transfiguracio Prima
scola est althimistarum qui transfigurant
et extra propriam figuram et terminos po
nunt metalla quia faciunt cum suis aquis
et herbis suas medicinas et faciunt
argentum apparere aurum et es argentum
et sic de talibus ergo patet quod transfigurant
metalla et hoc dicunt aliqui esse impossibile
quia cum illa metalla non fiant nisi in venis
terre naturali composicione similis quis arti
ficiale posset componere medicinam ex rebus
quod naturaliter mutetur in metallum illius loci et
et talis complexionis sicut vena et profun
ditas terre eius ministrabat in qua orta
sunt illa metalla et tamen hoc facto po
posuit cum iste metallum cum illa medicina
tum multiplicari calorem ignis in uno vel
duobus diebus quantum sol per annum agebat
et sic arguunt verum potestatem Sed sive sit
verum sive falsum non curo sufficit michi quod in scolis
althimistarum legitur transfiguracio metallorum
Secunda scola est artistarum scilicet mechanicorum
et in scolis istorum etiam legitur transfiguracio
quia si sunt lapicide inveniunt lapidem
quadrangularem et faciunt triangularem